

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1129

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

Lon, advocatus ejusdem civitatis Heinricus et patruus ejus Sifridus, duo filii Ottonis de Brochkirgen, comes Sifridus de Saxonia, comes Werinhardus de Steinesberch. de spiritualibus etiam abbas Morbacensis. de ministerialibus: Sifridus urbis prefectus, Rodolfus causidicus, Adelbertus vicedominus, Gelfradus telonarius, Uodelricus, Wolframus, Hadebertus, Johannes, Herikerus<sup>a</sup>, Volcmarus, Otto, Burchardus puer, 5 Hugo, Symon, Otto, Rodolfus<sup>b</sup>, Hugo, Walterus, Humbertus, Wichgrammus, Hugo, Roho, Reinmarus, Lentfridus, Heinricus. isti cum ceteris concivibus suis institutum hoc et jus a nobis promeruerunt et obtinuerunt<sup>c</sup>. et ut hec nostre institutionis traditio firma permaneat jugiter et inconvulsa omnium contradictione remota, regio 10 banno nostro eam<sup>d</sup> munivimus et confirmavimus<sup>e</sup> hocque privilegium inde conscribi iussimus et impressione sigilli nostri corroboravimus.

: Signum domini Lotharii tercii Romanorum regis dei (M.) gratia invictissimi. :  
: Ego Thietmarus regis notarius ad vicem Adelberti archicapellani recognovi<sup>f</sup>. :

Data 13 kalendas februarii anno dominicæ incarnationis 1129, indictione 7, anno vero regni domni Lotharii tercii regis Romanorum dei gratia invictissimi 4. 15 actum Argentine feliciter amen.

*S aus Straßb. St. A. Briefbuch A p. 15<sup>a</sup> mit der Ueberschrift: hie vahent an die friheiten, die Römische keyser und künige der stat zū Strazburg geben hant und ist diz künig Lotharius friheit.*

*S 1 coll. Schöpflin Als. dipl. I, 207 nr. 255 mit Facsimile tab. XIX nach dem ehemals im 20<sup>+</sup> Pfennigthurm, dann auf der Straßb. Stadt-Bibl. befindlichen und 1870 verbrannten Original = Schönemann Codex f. pract. Dipl. I, 271. Ebendarnach auch bei Würdtwein Nova sußs. dipl. IX, 339 nr. 176 = Grandidier Hist. d'Als. II, 273 nr. 613; bei Obrecht Rer. Alsat. prodr. p. 298 = Schiller Königh. S. 731 = Lünig XIV<sup>a</sup>, 725 im Auszug. — Böhmer nr. 2104; Stumpf nr. 3339. Vergl. Schum Vorstudien z. Dipl. Lothars 25 S. 34 zur Zeugenreihe, Ficker Beitr. z. Urk. II, 193 zur Besiegelung, D. St-Chron. VIII, Allg. Einl. S. 17 und Waitz D. Verfassungsg. VII, 392 zur rechtlichen Seite der Urkunde.*

79. Domprobst Adelgot übergibt Gotfrid dem Sohne des Rapoto und seinen Erben das Hofgut Broggingen als Straßburgisches Stiftslehen unter gewissen Verpflichtungen. 1129. 30

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus fidelibus, qualiter ego Adelgotus cum communi consilio fratrum, quorundam malignorum nos depredantium infestatione compulsus, curtim Prochingen, quam tunc in claustrali beneficio tenui, cum omnibus appenditiis Gotefrido filio Rapotonis et filiis Gotefridi legitimis concessi, si vero non habuerit filios, Erlewino fratri suo ea videlicet ratione, ut singulis annis 35 in festo beati Martini eisdem fratribus in portu Argentinensis civitatis 30 quartalia frumenti, 10 puri tritici, 20 siliginis et duas carradas vini persolvant. sed ne in solvendo debito negligentes existerent, indiximus et firmiter confirmavimus, si in predicto tempore predictum censum non reddant, in crastino eundem censum cum compositione solvant et hec sit compositio duo scilicet solidi. quodsi et hoc neglexe- 40 rint, domnus hereditatis legitimas inducias videlicet tres quatuordecim dies pro solvendo censu et compositionibus eis constituat. si vero omnes has inducias super-

a) S t Herckerus. b) S t om. Symon—Rodolfus. c) S t om. et obtinuerunt d) S t ea. e) S t om. et confirmavimus. f) In S fehlen Signums- und Recognitionenzeile.